deformitatem, et pleriq. pueri sunt ita delicati in
morbis et difficiles, ut eos malis uno mense sanos
pascere, quam ægros diebq. septem. Ego autem ex con-
suetudine longa hujq. ærumnæ scholasticæ ita jam
paratq. sum, ut facile vastare et perpeti omnes
incommoditates possim. Querela non sunt quæ me
contristant, ad quas solet Egbertq. promtior esse, quam
mea erga eum fides et diligentia merebantur. Ejus
pustulæ jam pridem erupperunt et siccari incipiunt,
et post triduum aut quatriduum futurus est respon-
diturq. sit ad consuetas actiones. Spondeo certe Deo
ore et in cultu ingenii et in cura corporum ea facturum,
constanter, quæ mea mediocritas suaviter conse-
qui ~~possit~~ ponit, aliquid boni conflat mihi, quod meos disci-
plinæ quibusdam quasi vinculis liberaliter profecto
sed tamen moderate et sub norma legis Dei conti-
nere contendo, quia sane res non esset digna ju-
ventuti, nisi jam eo res redisset, ut nemo audi-
at quenquam, sed omnes sibi omnia concedenda
esse arbitrentur. Vale. Vidua fac ut secura sit
mihi Egbertq. et cæteri tanquam filii curæ erunt.
27. Maij 1561.

Johannes Molanus.

M. Cornelio Frisio. Emdæ (18.)

Pax Christi.

Erudite vir D. Geldorpius Scholæ nostræ Rector [= [illegible] Nr. 98]
voluit me de rerum nostrarum statu ad te potis-
simum aliquid scribere, quem satis novimus valde
pronum erga nos et bene volum esse. Itaq. hoc ego
ei feci libentius quod justus pietate vestrorum
adolescentum studia habere videar occasione m
sæpiq. scribendi ad te, qui mihi eos et olim curandos
duceres, et nuper cum reveheres, diligenter com-
mendasti. Sed quid verbis opus est? Propter exi-
mitarum difficultatibq. eluctari possumq. nunc
flatu deserere vite aliq. excipit, unde tempestas plu-

res traxit, ut quamdiu hoc saxum volveremus nunquam
licuerit esse tranquillis. Proinde usu venit nobis
in hujus scholae collectione, quod in rebus egregiis
solebat olim contingere, nempe ut et aditus diffi-
ciles et parva incrementa haberemus. Sed de his
intempestiva querela est nisi quod te scio etiam ma-
la nostra velle cognoscere, si quid haec a te curari
aut corrigi possent. Verum tu ea (ut opinor) mul-
to citius, quam si quid boni accidat, rescisces. Deus qui
vult docentium discentiumque coetus alicubi honestos
esse, per quos et pietatis et artium bonarum do-
ctrina propagari possit, hanc in primordiis
infelicem plantationem clementer tranquillet,
atque ad suam unius gloriam quaerendam uno nos [illegible]
omnes spiritu compellat. Amen. Graviores [illegible]
hactenus dederunt bonam spem futura frequen-
non desunt officio proborum adolescentum, colunt
praeceptores, non detrectant legitimum im-
perium, studiis et praescriptis laboribus pro
sua aetate alacriter incumbunt, evadent juvenes
patriae suae salutares, si modo a contagione hujus
corruptissimi seculi adjuvante Deo vindicari pos-
sunt. Scis huic aetati, quae etiam per se prona
praecepsque est innumeros passim laqueos tendi,
quos nunquam omnes sine singulari custodia Dei
gubernantis effugere possint, faciat Dominus
propter gloriam suam ut aliqua nobis pars sin-
cera supersit, sunt enim in omnibus scholis non-
nulli ἄτακτοι, qui nimiam sibi licentiam conce-
di volunt. Vale. Duisburgi ao. 1561.

19.)

M. Nicolao Rollio Vesaliae

Pax Christi.

Tua prudentia facit, vir doctissime, ut intelli-
gam mala nostra, pietas et φιλοστοργία, ut iis con-
doleas. Jam multis mensibus infelicissime

[= Mscr. a. 7: N. 99]